Quelle: https://manuscripta.at/?ID=365
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tatis. ita in x͠po fuit et est plenitudo
omnium bonorum. Habet .i.i. x͠pus suos menses et
suos dies .xii. menses s. .xii. apostoli. dies
omnes fideles. Indictio quoque et era et e-
pacta in cereo scribuntur quoniam actiones
hominum et successiones temporum per cer-
tam dispositionem ordinantur. Indictio voca
batur antiquitus spatium .xv. annorum
quod constat ex quinquennijs. in quibus quin
quennijs triumphato orbe persolvebatur
romanis tributum de toto mundo. In
primo quinquennio aurum. in ii. argentum.
in iii. ferrum ad faciendum arma. et est
ad decorandam civitatem. Singulis an
nis illius spatii .xv. annorum indic
tio similiter vocabatur. finitis autem .xv.
annis revolvebatur indictio tributorum
ut prius. Era etiam similiter vocabatur tribu
tum quod singulis annis persolvebatur. Et
cumque genus eris persolvitur prius indicti
ones fuerint propterea era.

Cereus a diacono benedicitur. non a sacer
dote vel episcopo etiam si presentes sint
licet maioris sint ordinis vel digni
tatis. et significat quod x͠pus resurgens se primo die
mulieribus manifestavit. et per eas que sunt
debilioris sexus. gloriam sue resurrectio
nis suis disciplis nunciavit. quod ideo dominus
fecit. et sic mortis initium per mulierem
inmundum intulerat. ita oportuit quod
initium reparationis nostre per mulierem
mundo nuntiaretur. et nota quod tribus privi
legiis mulieres gaudent. primum est
quod in paradyso facta fuit. Secundum quoniam ex
muliere natus est x͠pus. Tertium est quod resurgens
a mortuis mulieri apparuit.

Quibus de causis tituli
lectionum taceantur. Prima est
quoniam x͠pus caput nostrum non dum nobis redditur.
Secunda est quoniam baptizandi ad quos totum
illius diei pertinet officium in profundi
tate ignorantie scripturarum adhuc
detinentur. Cum ergo scripta non intelli
gant non expedit eos nominare auc
toritates. Tertium est quod lectiones de veteri
testamento cum intelligentia non nisi spiritu
renatis perfecte manifestatur. finitis
lectionibus letania in quibusdam mag
nis ecclesiis secundum numerum religio
sorum qui ibi conveniunt decantantur.
In quibusdam vero terna dicitur. ut fides trinitatis
representetur. quod in eundo ad fontem et
in redeundo letaniam cantamus. significat
quod sancti orant pro baptizandis ut sacra
mentum baptismatis vera fide perci
piant. et baptizati in veritate et
et sacramento fidei conserventur. Nota
quod in tempore apostolorum in baptizando ni
chil aliud dicebatur nisi hoc tantum. Ego
baptizo te: In nomine patris et filii et spiritus sancti amen.
Sed beatus clemens ex doctrina beati
petri inunctionem crismatis et olei ad
didit. postea leo papa et damasus papa
et beatus ambrosius reliqua addiderunt. et
prius etiam baptizabantur in stagnis et flu
viis quod sacerdos suavitur anhelat in
aquis ut diabolum inde expellat.
Cereus in aquis ponitur quoniam attactus
corporis x͠pi in baptismate aquas sancti
cavit et vim regenerativam eis contu
lit. quod crisma in aquis funditur. significat
quod celestia terrenis per fidem baptisma
tis coniunguntur. Et sacerdos mittit
vocem. quo utens voce alta quam de
missa significat quod in ima .i. terrestria ce
lestibus iunguntur. per baptismum consecra